Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31713
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



Dom. bonu.

superet nec aliam feminā quā coniugē legitimā nouerit
& in ea quomodo ipsa posteritatis tantūmodo causa certis & legiti
mis temporibus agit. iste circumcisus p̄pucio carnis suę dicen
dus est. Qui uero in omnē lasciuiā prouit & p diuersos & illicitos
passim pendit amplexus. atq; in omnē libidinis gurgitem
fertur infrenis. iste incircumcisus ē p̄pucio carnis suę. Verū
eccl̄a xp̄i grā eius qui p se crucifixus ē roborata. n̄ solum ab il
licitis nefandisq; cubilibus. uerum & iam a concessis & licitis
temperat & tamquā uirgo sponsa xp̄i & castis & pudicis uir
ginibus floret. in quibus uera circumcisio carnis p̄putii facta est.
& uere testamentū dī. & testamentū ęternum. in eorum carne seruatur.
Superest nobis designare & iam circūcisionē cordis. Si quis ē
qui in obscenis desideriis & fedis cupiditatibus estuat & ut
breuiter dicam. qui mechatur in corde. hic incircumcisus
est corde. Sed & qui hereticos sensus mente continet & blas
phemas assertiones contra scientiā xp̄i disponit in corde.
hic incircūcisus est ~~in~~ corde. Qui uero purā fidē in conscientię
sinceritate custodit. iste circumcisus est corde. De quo dici
potest. Beati mundo corde. quia ipsi dm̄ uidebunt. Ego uero
audeo ex simili etiam hęc p̄phicis uocibus addere. quia sic
oportet auribus & labiis & corde & carnis p̄putii. sedm̄ ea q̄
supra diximus circumcidi. ita fortassis & manus nr̄ę indigent
circūcisione. & pedes. & uisus. & odoratus. & tactus. Ut enī
p̄fectus sit homo dī in omnibus cuncta circūcidenda sūt mem
bra. manus quidē a rapinis. a furtis. a cedibus. & ad sola opa
dī pandenda. [illegible] circumcidendi sunt pedes. ne ueloces sint
ad effunden[illegible] de dū sanguinē & ne intrent in consiliū ma
lignantiū. s; ut tantū p mandatis dī circūeant. circūcidatur
& [illegible] oculus ne concupiscat alienū. ne uideat ad c̄cupiscendā
ost[illegible] mulierē. Cui enim erga feminarū formas. lasciuus &
q[illegible] curiosus oberrat aspectus. iste incircūcisus est oculis.

165